

delatus² | a cos. A. Gabin[io Secundo³ Ta]uro Statilio Corvino mon|tem
 cecidit et [viam et s]essionem d. s. p. f. | Ὑπὲρ τῆς Σεβα[στῆς εἰρη-
 νης εἰς] τὴν τεμιμὴν Τιβερίου Κλαυ[δίου Γερμαν]ικοῦ Σεβαστοῦ, τοῦ
 ἐπουρανίου Θεοῦ | Σεβαστοῦ (sic) ἀρχ[ιερεὺς Γάιος] Ἰούλιος Ἀνίλας
 ἔπαρχος | δις εἰς τὸ αἰθ[άριον φερόμε]νος ὑπὸ ὑπάτων Ὄλου Γα-
 βεινίου Σεκο[ύνδου Τάυρου Στα]τειλλίου Κοροίνου, τὸν λόφον | κόψας
 τὴν ὁδ[ὸν καὶ τὸ βάθρον] ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων | ἐποίησεν.

Prope Amastrim, in rupe incisa (III S. 6985 descr. Gustavus Hirschfeld, Mommsen vidit ectypum). — 1) Cognomen suppletum ex Graecis. Non diversus vir eiusdem nominis qui a. 49 cohortibus Romanis praepositus (Tac. ann. 12, 15), a. 57/8 procurator fuit Ponti et Bithyniae (III 546). — 2) Cf. supra N. 2685 not. 5. — 3) Consul suff. a. inc. Idem est X 4881. — 4) Consul ord. a. 45.

Ad hunc sequentesque titulos adde titulos viarum et ipsos in rupibus incisos supra N. 39. 1279. 2724. 5865 seq.

5884 via facta ex HS XXII DC | C. Domitio Dextro II¹ P co . .
 Fusco cos., | M. Valerio , | curatorib., vio Venusti con-
 [ductore?] | marmora [subministrante?] ².

Ad viam Simplonensem, supra Fogognam Domodossolam versus, rupi incisa (V 6649 vidit Mommsen). — 1) Consul ord. a. 196, cum Thrasea Prisco, cui Fuscus videtur esse substitutus (idem consulum par V 6396). — 2) Supplevit Mommsen.

5885 munificentia ddd.¹ Augg. que | nnn.¹ hoc iter ub[i] homines
 et | animalia cum periculo | commeabant apertum est, | curante Apinio
 Program[matio cur. r. p. Iul. Ka[r.]]², | ddd. nnn. Valentinia[no] | et Va-
 lente Augg. IIII co[s.]]³

In iugo Alpium Carnicarum q. d. Monte della Croce sive Plökenalpe, ad viam, quae Aquileia ducebat Agnontum (Lienz) Norici, hora dimidia a summo monte, rupi incisum (V 1862 vidit Mommsen). — 1) Prima d videtur excisa esse, item prima n. — 2) Curatore rei publicae Iuliae Karnicae. — 3) A. 375.

5886 [I. o.] m. | [Triviis Quadri]viis¹ ceterisque dib. | aram o[b
 solutum merit]o² sollemne votum d[ed.]]² | Hermias succceptor operis
 aeterni, | titulum immanem, montem Alpinum | ingentem litteris inscripsit,
 quot saepe | invium, commiantium (sic) periclitante | popu[l]o, ad pontem
 transitum non | placuit³, curae et⁴ Attio Braetiano | q.⁵ eorum, viro or-
 nato, viam nov. | demonstrante Hermia. Multa ni[mis] fides operisque pa-
 ratus una[nimes] omnes hanc viam explicuit⁶.

Ibi fere ubi N. 5883, centum fere passibus sub summo monte, rupi inscriptum, litteris pessimis (V 1863 scalis admotis descripsit Mommsen). — 1) Cf. N. 3950 seq. — 2) Supplevit Mommsen. — 3) Scr. praebuit. — 4) Scr. curante (curiae et Buecheler). — 5) Quaestore. — 6) Distichon imperfectum (Buecheler carm. epigr. 891).

5887 | cuius voragine semper attrita s[un]t pecora, | nunc
 providentia bonorum lucet felix strata gurgus.

In litore Mauretaniae inter Dellys et Tizirt, supra torrentem quandam